



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Fabiano martyre. Cap[itulum]. clxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto Fabiano martyre. Cap. cxiij.

Fabianus martyr apud cesaream passus est: qui cum fere vestigia presidaria recusaret: christianus cooperatus: primo diebus aliquot in carcere trusus deinde semel ac iterum interrogatus: cum in christi confessione perduraret: morte a iudice capitali sententia condemnatus est: corpus eius inhumatum triduo dimissum est: dehinc relictum in mare demersum: caput vias seorsum et seorsum cadauer. Sed dei nutu scisso reticulo membra capiti reuocant: et ceruicis caput cum indicis passionis adiungit: quod ab undis electum ad caternianum litus a fidelibus reperit: in basilica ibidem iuxta posita conditum est. Passus est autem pridie kalendas augusti. Decado.

Explicit libri sextus.

Incipit prologus libri septimi.



Septimus li-

ber presentis catalogi continet passiones et gesta sanctorum illorum quorum festiuitates occurrunt infra tempus: in quo representat ecclesia propagationem filiorum: qui fuerunt ecclesie ipsius edificatores: qui fuerunt sancti doctores. Hoc autem tempus est a kalendis augusti usque ad kalendas septembris. Et hoc sub figura sapientissimi salomonis: cuius tunc libri leguntur: cuiusque vires gerit in ecclesia dei sancti doctores diuina sapientia repleti: ex quibus tam in grecorum orientali quam latinorum occidentali ecclesia quattuor principaliores existunt per quattuor libros sapientie designati. Ad hunc ergo tempus festa pertractanda transcurrendum est. Verum: quod hoc tempore libri salomonis et iesu filij syrach ab ecclesia leguntur: merito legendis sanctorum huius temporis gesta ipsorum duorum sanctorum: vires salomonis prophete et iesu syrach premittentur: quorum dies obitus nullo loco reperiri certum est. Et quis salomonem propter crimen idolatrie quod incurrit: ex eo quod mulieres alienigenas admauit: ut dicitur in iij. regum cap. xi. a quibusdam damnatus asseratur. Quibus autem iuxta aliorum sententiam rectius visum est: ipsum nedum damnatum dici non audere: sed potius sanctificatum asserere. Ad quod asserendum me inducunt principaliter quinque rationes. Primo quod ecclesiastici. xlvij. cap. ipse salomon inter viros gloriosos et sanctos veteris testamenti patres expressis connumerat: eiusque laudabilia opera memorantur. Et quis etiam eiusdem criminis explicent: considerant tamen subtilius verba sapientis: potius apparebit ipsius salomonem approbatum quam reprobatum. Ex quo colligitur: quod sapiens iesus diuino spiritu salomonem sanctificatum manifestius confirmat

nit. Secundo quod non est arbitrandum: quod deus hominem tanto sibi dilectum: quem tanta gratia sublimauit: ut ipsum pro ceteris mortalibus sapientia diuinorum et humanorum diuinitus ei infusa dotaret: et tanta glorie diuinitatem: pacis: et regni dilatationis abundantia ditaret: ad tantam miseriam deuenire permittisset: ut ipsum in obstinatione idolatrie finire cõsenserit: quin potius ut traditur hebrei circa vite finem de commissis penituit. Unde propter hoc librum de contemptu mundi: qui ecclesiastes dicitur: compositus est. Et cuius reperi libelli etiam factus apparer: quod ipsum compositum in vltima senectute. Tertio quod ipse templum sanctissimum domino edificauit: quod nec ipse dauid pater eius edificare permeruit. Quis enim: qui dei perfecta iustitiam clarior opera: audeat opinari gloriosum deum: qui dauid prophetam sanctissimum ob id solum a templi constructione prohibuit: quod sanguine inimicorum dei fuerat etiam iuste et domino imperatore: voluisse idem templum locum vires diuine habitationis electum ab homine fabricari: quem prescituisset eterne damnationi obnoxium: ob eius crimina deputandum. Quarto: quod ipsius salomonem: ut in multis apparer: diuis propheticis spiritu repleuit. Nam et plurima de christi humanitate predictit. Et si opponatur: quod et baalam ariolus prophetauit. Respondetur: quod non erat ille magnus de electo populo hebreorum: sed ex damnatis gentilibus oriundus. Quinto arguit fortissime sanctitas salomonis: ex eo quod ecclesia dei: que per spiritum sanctum cuncta disponere et facere credenda est: libros salomonis inter sacre pagine volumina suscepit: in quibus fundamentaliter fides nostra consistit tanquam approbatissimos et catholice veritatis mysteria continentes. Quod si ecclesia salomonem damnatum putaret: et ipsius opuscula: et si non expressim reprobareret: saltem inter apocrypha dimittisset. Et quibus rationibus inducitur opinione iosephi in hac parte secutus: salomonem sanctum et inter sanctorum numerum salua semper fidelis catholice veritate: et matris ecclesie diffinitione scribendum esse decreuit. Hieronymus autem et ambrosius hoc satis declarant. Hieronymus enim in. lvi. libro de extrema visione ezechielis facit mentionem de salomone postea. Quamuis peccasset: egit tamen penitentiam scribens pro uerbis ubi dicit. In nouissimis egit penitentiam: et respuit elgens disciplinam. Item hieronymus super ecclesiastice. Hiunt hebrei hunc librum esse salomonis penitentiam agentis. Ambrosius in apologia dauid. Quid de dauid dicam: et de sancto salomone: qui quoniam vulgus existimabat eum uenisse pro christo: ne uideretur esse supra hominem nutu diuino corruit. Ubi per ambrosium dauid non dicitur sanctus: qui ab omnibus seruus esse scit: et salomonem sanctum notat: ut nobis de penitentia eius dubietatem tollat.

Incipit liber septimus a kalendis augusti usque ad kalendas septembris.